

4 Novæ Additiones ad D.Covarruvias

definientes, quod sit *Lucrum ex mutuo*, aut quod accedit sorti causâ mutui; quia non explicant usurâ naturam, ut est illicita, ac criminosa negotiatio; sed commodum, ac lucrum, quod per illam capit. Ita Tusch. lit. V, concl. 336. Trullench. in *Decalog.* lib. 7. cap. 19. dub. 2. num. 1. Jul. Clar. §. *Usura*, num. 1. Leotard. de *usur.* lib. 1. q. 1. n. 2. Laur. de Rodulph. eod. tract. in *princ.* n. 1. Petr. Greg. *Syntagma*, lib. 22. cap. 3. num. 2. Theat. *vitæ hum. verbo Usura*, in *princ.* Sot. de *just.* & *jur.* lib. 6. q. 1.

Ibi: *Lucrum ideo diximus.*

17 Non est usura cum mutuariario pacisci, ut aliâs debitum mutuanti persolvat, depositum reddat, ne injuriam inferat, & alia hujuscemodi in pactum deducere mutui causâ, quia lucrum non percipitur ex illo principaliter. Trullench. ubi proxime, Less. dub. 3. n. 18. Azeved. in l. 1. n. 16. tit. 6. lib. 8. Recop. Molin. sup. n. 5. in fin. Sot. ubi proxime.

Ibi: *Sicuti constat omnium ferè consensu.*

18 Conventio est usuraria, quâ mutuariarius astrin-
gitur juris vinculo, & ex justitia simile beneficium
mutuanti aliquando indigenti conferre; quia li-
cet mutuum debeat fieri gratuitò, obligatio tam-
en ad mutuandum pretio estimabilis existimat-
ur, cùm ad id nullus regulariter teneatur Molin.
sup. tract. 2. disp. 308. n. 5. Trullench. d. c. 19. dub. 6.
n. 1. in fin. Licebit tamen etiam expreßè inter con-
trahentes agi, ut mutuariarius agenti in futurum
creditori similiter subveniat ex gratitudine, &
antidotali obligatione, ita ut in externo, nec
in interno foro maneat astrictus. Imò si creditor
agnoscat mutuariarium ingratum, nec ab illo par
beneficium sub necessitatibus tempus reportaturum,
poterit à mutuo abstinere, illud ut indigno denegans
postulant. Ita Molin. præhabita disceptatione,
ead. disp. 308. n. 5. & per tot. Azev. d. l. 1. n. 16.
Less. sup. d. c. 20. dub. 8. n. 5. Trullench. dub. 6. n. 2.
Sot. d. lib. 6. q. 2. Villalob. tract. 22. diff. 4. & alii apud
Dian. quem consulas part. 1. tract. 8. resol. 19
Leotard. de *usur.* q. 71. n. 4. Cenc. de *censib.* q. 57
num. 1.

Quavis interesse ex interesse minimè debeatur.
inter eundem creditorem ac debitorem, Tondut.
q. 9. civil. c. 21. n. 10. Cenc. sup. q. 33. n. 8. ubi plu-
res, Hermos. cum aliis d. gloss. 4. n. 280. nihilominus
si id transeat in sortem per novationem con-
tractus, ejusdem interesse in posterum præstabitur.
Tondut. ex aliis q. 97. n. 7. Dian. part. 1. tract. 8.
resol. 19. de quo latissimè Hermosilla ubi proxime,
& videoas legem 13. tit. 18. lib. 5. Recop. Et ut ra-
dicitus tractatum de interesse percallere valcas,
sat erit evolvere quæ tradunt idem Hermosilla d.
gloss. 4. Molin. ex disp. 314. Leotard. q. 71. & 72.

Ibi: *Diximus lucrum aliquid.*

Amicitia utrum in pactum deduci possit in mu-
tuo? questionis est, cuius meminimus in addit.
var. lib. 1. cap. ult. n. 39. ibi laudatos consulas, ac
Trullench. d. c. 19. dub. 1. n. 1. Molin. disp. 303. n. 5.
Azeved. in d. l. 1. n. 32. Sed non censebitur usura-
rius, qui pecuniam credit homini munifico, & li-
berali erga amicos ea mente, ut contracta per mu-
tuum amicitia, à mutuariario aliquid percipiat, etsi
quo Less. de *just.* & *jur.* lib. 2. cap. 20. dub. 8.
num. 5. Trullench. in *Decal.* lib. 7. cap. 19. dub. 6.
num. 2. Villalob. dict. tract. 22. diff. 4. num. 4.
Dian. d. resolut. 59. in fin. Morl. Emp. Jur. part. 1.
tit. de reb. cred. quest. 25. n. 22. Molin. disp. 309.
numer. 15. & disputat. 310. numer. 1. Leotard.
de *usur.* quest. 16. à num. 13. Bolaños comm.
terrest. lib. 2. cap. 1. num. 7. Sed si ex his pactioni-

Vers. *Ultimo loco proposuimus.*

Usura, nisi interveniat mutuum, saltem im-
mutum, seu palliatum, non committitur.
Trullench.

Varias Resolut. Lib. III. Cap. I. 5

Trullench. d. cap. 19. dub. 2. n. 1. Petr. Greg. de
usur. lib. 3. cap. 3. n. 7. Azeved. sup. n. 33. Villalob.
d. tract. 22. diff. 2. n. 3. Felician. de *censib.* lib. 1.
cap. 5. num. 14. Parlad. *quotidian.* lib. 2. cap. 2. n. 7.
Tusch. lit. V, concl. 337. num. 26. Carleval. de
judic. tit. 3. disp. 8. num. 101. licet aliud fusè tue-
tur Leotard. d. q. 7. 1. ex n. 6.

26 Ex qua communis resolutione deducitur, ut
extra mutuum licet pro usu pecunia aliquid ca-
pere, veluti cùm ad ostentationem, & pompam
traditur per contractum locationis Caroc. de lo-
cat. rub. de location. vettigal. quest. 17. tit. de reb.
qua *usu consum.* & *rubric.* de *usur.* q. 4. ex num. 2.
Villalob. ubi proxime, Molin. disp. 303. num. 7,

Ad Num. 3.

27 Gener, qui pro dote sibi promissa à locero rem
fructiferam, ut fundum, in pignus accipit, fru-
ctus ex eo perceptos non teneat in sortem com-
putare Molin. disp. 321. num. 1. Trullench. in
Decalog. lib. 7. cap. 9. dub. 14. num. 6. Villal. in
Sum. tom. 2. tract. 22. diff. 12. num. 1. Less. de *just.*
& *jur.* lib. 2. cap. 19. dub. 16. num. 142. Cujac.
in cap. 1. de *feud.* Merlin. de *pignor.* lib. 5. quest. 45.
num. 40. Leotard. de *usur.* q. 28. num. 39. Gait. de
credi. cap. 4. num. 1034. quamplures apud Bar-
bos. in collect. cap. *Salubriter*, num. 1. de *usur.* ac
Hermos. in l. 10. gloss. 4. num. 149. tit. 1. p. 5. quod
speciale est, cum regulariter omnis creditor fru-
ctus pignoris lucrari prohibetur, alioqui reus
usura censebitur, ut latè per Merlin. lib. 5. d. q.
45. num. 1. Leotard. sup. q. 11. num. 1. Molin. disp.
535. num. 2. Pacific. de *Salvian.* interd. inspect. 4.
cap. 1. num. 46. Geg. Lop. in l. 2. gloss. 4. tit. 13. p. 5.
Cened. ad *Decret.* collect. 6. num. 1. Barbos. in
collect. cap. *Cum contrà*, n. 3. de *pignor.* ubi pro-
batur, & in d. l. partit. 1. & 2. C. de *usur.* Quæ
imputatio in sortis diminutionem, seu extin-
ctionem, ac pignoris liberationem ipso jure con-
tingit, & operatur, l. 1. C. de *distract. pignor.*
Merlin. sup. n. 3. Sed hoc ita de fructibus con-
sumptis sub solutionis tempus; nam exstantes una
cum re oppignorata restituti debent. Greg. Lop. &
Molin. ubi proxime, Merlin. n. 18. Leotard. ex n. 37.
Imò si fructus ejus sint naturæ: ut in tempus so-
lutionis possint illæsi servari, ipsos consumere cre-
ditori non licet. Greg. Lop. ac Molina *ibidem.*

28 Consequenter inspicendum occurrit, utrum
permittatur marito usus rei infructiferæ, quam
pignori accepit, ampliata decisione dicti capit. *Salubriter?* Et certi juris est hoc cuivis creditori
interdictum esse, qui si invito debitore utatur pi-
gnore, furti tenetur, l. 3. tit. 14. p. 7. I. Si pignore 56.
de furt. §. Furti autem, Inf. de oblig. qua ex delict.
na/c. Tusch. lit. F, concl. 553. rum. 6. Molin. ubi
proxime, num. 1. sin autem ex pacto, reus erit
usura, Molin. *ibidem*, Leotard. d. q. 11. n. 7.

29 Verumtamen in marito aliud videtur dicen-
dum, quia si pignora accepit, quæ valeant ad
onera matrimonii sublevanda deservire, ut servos,
domum, supellecitem, ac similia, eis uti licebit:
tum propter rationis identitatem, quæ in fructi-
bus lucrantis reperitur. Nec interest quod con-
stitutio Pontificis exorbitans censeatur; nam &
in his ex paritate rationis locus ampliationi dabi-
tur in causa favorabili, qualis ea est, in qua ver-
samur, sicut observavimus addit. variar. lib. 2.
cap. 5. n. 44. Tum etiam quia non debet cui plus
licet, quod minus est non licere, l. non debet.

Ibi: *Ex his verò quidam.*

Verus intellectus ad dictum capit. *Salubriter*, 33
hic traditur; nam communiter sentiunt Interpre-
tes, marito fructus pignoris cedere proper onera
matrimonii, quæ supportat antequam dotem
cipiat: in quo consideratur damnum emergens,
cùm de propria substantia sumptus faciat; & lu-
crum cessans, quia caret dotis redditibus, quos
percipere posset: nec desideratur, quod maritus
prober, ut catéri credores, aliud damnum sibi
contigisse, aut occasionem lucrandi amissam ex

6 Novæ Additiones ad D.Covarruvias.

defectu pecunia dotalis, nec quod sit solitus negotiari ut expressum adnotant Franc. Molin. de rit mpt. lib. 3. quest 39. n. 12. Barbosa collect. cap. Salubriter, num. 5. de usur Molin. de just. & jur. disp. 321. n. 12. Villalob. in Sum. part. 2. tract. 22. diff. 12. num. 1. Trullench. in Decal. lib. 7. c. 19. dub. 14. num. 6. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 20. dub. 16. num. 142. Leotard. egrégie probans de usur. q. 28. num. 70. cum seqq. ubi de ularis dotalibus agit. Sed aliud placet D. Covarr. Vide inf. num. 39.

Ibi: Ego sane non inficior.

Objicit D. Præses, quod si maritus statim 34 dotem recipere, onera matrimonii sustinere teneretur ex ipsa, unde videretur nullum sentire gravamen, quia dum de proprio patrimonio sumptus facit, dotem servat illibatam: quæ etiam considerat Sigism. Scacc. de commerc. §. 1. gloss. 7. ampliat. 8. num. 176. atque ita fructus pignoris ultra sortem lucrari nequibit, nisi aliunde jacturam patiarum damni emergentis, vel lucri cessantis. Pro cuius solutione consulatur Leotard. num. 72. & Molina ubi proxime. Ex quibus dicendum, quod cùm maritus non altringatur ad onera matrimonii ante dotem traditam, licet exigit compensationem pro gravamine, quod anticipatè in se suscipit, quod posset evitare differens nuptias in tempus solvit dotis; & cùm fructus hac ratione percipiat, nullum adest usura vestigium, quæ non committitur, nisi quando causâ mutui principaliter quidquam extra sortem lucratur creditor, ut ex definitione jam tradita deprehenditur.

Quod ita verum est, ut procedat etiam in usuris dotis, quas maritus exigere valet post moram promissoris ratione onerum matrimonii, quæ supportat, etiæ nec aliud danum emergens, aut lucrum cessans probetur, ut pluribus laudatis, adversus Scacciam probat Leotard. d. q. 28. ex n. 69.

Vers. Quamobrem verius.

Interpretationem premissam sup. num. 34. non probat D. Covarr. docens, maritum non lucraturum fructus pignoris ex eo solum quod onera matrimonii supportet; sed desiderari, ut ob pecunia dotalis parentiam aut damnum aliud senserit, aut lucrum non percepit, quod posset capere. Quam sententiam, aliquos referens, magis communem dixit Villalob. ubi proxime (quod inficiatur.) Sed nimis restringitur Pontificis decretum, in quo nulla sit mentio interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, sed onerum matrimonii. Vide Molin. disp. 321. n. 3.

Vers. Hinc primò appareat.

Quanquam specialis obligatio in parentibus residet ad contribuendum pro oneribus matrimonii, donec exsolvant dotem, quia filias alere tenentur, Leotard. d. q. 28. n. 45. ratio tamen dicti capit. Salubriter, aquæ convenit cuilibet extraneo dotis promissori, quem Pontifex mente comprehendit tametsi verba ad sacerdotum retulerit, eo quod regulariter parentes filiabus dotem præstare solent. Ita tenet Molin. disp. 321. n. 10. Barbosa in collect. d. cap. Salubriter. num. 4. Leo-

tard. num. 45. & 46. Less. ubi sup. Trullench. d. dub. 14. num. 6. Hermosil. cum aliis in l. 10. gloss. 4. n. 15. tit. 1. p. 5. Sed aliud sentire D. Covarr. constat ex traditis per ipsum infra, hoc n. 3. vers. Ceterum plura alia, quem refert, ac refutat Mol. n. 5.

Sed ut mens nostri Præsidis patescat, de qua posset merito dubitari, perpensis quæ docet sub vers. Quamobrem, vers. Hinc primo appetat, & vers. Ceterum plura alia, ita dictum caput Salubriter, interpretatur, ut si sacer dotem promiserit, genero liceat lucrari fructus pignoris ex eo duntaxat, quod sustinet onera matrimonii, ex rationibus quas ex Fortunio D. Covarr. deduxit. At si extraneus ad dotem tradendam se astrinxerit, maritus ut fructus pignoris non imputet in sortem, opus est non solum quod onera matrimonii supportet, sed etiam ut aliæ senserit detrimentum lucri cessantis, aut damni emergentis, quia dotali carebat pecunia. Pro quæ distinctione observare oportet verba D. Præsidis, vers. Ceterum, ubi amplectitur Fortunii sententiam aiens: Et profecto mihi quantum ad generum, & sacerdotum maximè placet.

Vers. Secundò constat.

Juxta opinionem, quæ verior videtur, traditam sup. n. 34. speciale est favore dotis, ac status conjugalis ut maritus absque aliqua conventione lucretur fructus pignoris intiuimus onerum matrimonii intra tempus ad solutionem dotis præsumitum: quod aliis creditoribus regulariter prohibetur, de quo fuit Molin. d. disp. 321. a. num. 3. & ita est tenendum cum plerique, licet idem Molina n. 8. & 9. nitatur probare, nihil speciale dotis favore constitui in d. cap. Salubriter, cui accedit Less. sup. n. 141. adversus quos disputare non vacat.

Vers. Tertiò probatur ex his:

D. Covarr. juxta propriam opinionem, quam expressit sub vers. Quamobrem, resolvit maritus 41 non cedere fructus pignoris, qui excesserint interesse lucri cessantis, & damni emergentis. Ceterum admisso contraria, quam tradidimus sup. num. 34. triplex reperitur sententia. Prima habet, maritum quotquot fructus perceperit, indistinctè lucrari. Secunda, eos fructus illi duntaxat quæri, qui ad sumptus matrimonii sunt necessarii, reliquos domino fundi, debitori restituentos. Tertia distinguo inter modicum excessum, & immodicum, in hoc fiat restitutio, ac cest in illo, ut videre est apud Hermosil. d. gloss. 4. num. 152. ubi quamplures congerit, Ant. Gom. in l. 10. Taur. num. 30. Leotard. d. q. 28. num. 63. cum seqq. Castill. controv. lib. 3. cap. 23. a. num. 19. Trullench. in Decal. lib. 7. cap. 19. dub. 14. num. 6. Villalob. Sum. tom. 2. tract. 22. diff. 12. num. 2. Trentacinq. sup. d. lib. 3. tit. de pignor. resol. 2. n. 13. vers. Tertiò habet locum, Fontanel. de pact. mpt. claus. 8. part. 15. a. num. 3. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de jur. dot. resol. 6. num. 1. vers. Secundò infertur. D. Covarr. inf. n. 4.

In quo opinionum conflictu adnotare placet, summa exequitate nisi, ac juri consonare, ne maritus cogatur fructus restituere, qui deductis sumptibus matrimonii supersunt, si modicus sit excessus. Tum quia se exposuit periculo sterilitatis, & sustinendi ex proprio patrimonio onera conjugii: tum quoniam curam, & culturam adhibuit,

Varias Resolut. Lib. III. Cap. I.

7

adhibuit, propter quam aliæ solent fructus concedi percipienti, §. Si quis à non domino, Inst. de rer. division. & in hoc convenient Interpretes, qui primam & tertiam amplectuntur sententiam. Quando autem excessus reputetur modicus, à judicis pendet arbitrio Menoch. de arbitrar cas. 145. n. 4.

Ubi vero quantitas exigua non est, quam maritus retinet ex fructibus præter sumptus matrimonii, ita videtur distinguendum. Aut excessus provenit ex qualitate & natura fundi, aut per accidentis insolito eventu, seu singuli industria mariti. Illo casu locus erit restitutioni lucri: hoc denegabitur. Quæ distinctio ut enucleetur, scire oportet in hoc iudicio inspicendum esse non quot fructus perceperit, sed quot in singulos annos fundus reddere soleat: unde si fundus mille aureos quotannis in fructibus regulariter reddat, & totidem, paulò plus, minusve ad onera matrimonii opus sint, nil maritus restituere compelletur, etiæ propter insolitam ubertatem, aut exorbitans premium fructuum maritus ultra sumptus matrimonii ingente summam superlucratus sit. Ratio est, quia incrementum accidentale tribui debet culturæ, industria, ac felicitati collenti, non fundi qualitatibus: nec cùm in pignus fuit traditus, aliquis excessus considerari potuit. Et quemadmodum si casus sterilitatis contingat, aut pretium commune decresceret, maritus detrimentum experitur, nec regresum haberet adversus dotis promissorem ad onera conjugalia supportanda: ita & commodum fertilitatis, & augmenti reportare debet, ex naturali ratione legis Secundum naturam 10. de reg. jur.

Sed si ex fundi oppignorati fructibus regulariter quotannis quingenti supra mille aurei percipiuntur, atque ad onera matrimonii mille sufficiunt, tunc quidem excessus penes maritum existens veniet restituendus, quoniam nulla ratione retinere valet, quod supra sumptus matrimonii percepit non ex prospera fortuna, aut singulari industria, sed ex qualitate pignoris, & amplitudine, nullatenus jure permittente, ac voluntate domini refragante, qui credibile non est, quod vellet adeo excessivam quantitatatem ultra sumptus matrimonii condonare, argumento legis Cum de indebito 25. de probat. Leotard. de injur. q. 28. num. 67. Nec lucrum istud marito cedet propter periculum, cui se exponit, sterilitatis, sicut nuper assertum est in precedenti casu; sed ibi datur paritas inter augmentum, ac diminutionem fructuum, cùm utrumque ex accidenti & raro contingat, id est admittitur compensatio: hic excessus, ac commodum est quasi certum, ac regulare ex qualitate fundi; incommodum vero tantæ sterilitatis, ut fructus ad onera matrimonii non sufficiant, insolitus; unde ob istius detrimenti periculum remotum, non est marito remittendus excessus fructuum perceptorum, quos fundus ferè semper naturaliter producere solet His conciliantur sententiae de quibus sup. num. 41.

Rogabis, utrum gener qui pignus frugiferum accepit, possit exigere præter fructus pignoris interesse lucri cessantis, aut damni emergentis? Affirmant Molin. de just. & jur. disp. 321. n. 12. Less. cod. tract. lib. 2. cap. 20. num. 141. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 42. num. 9. Quod ita accipi oportet, ut maritus non capiat in solidum & fructus pignoris, & interesse; sed quoad excessum, v. g. si maritus ex industria lucraturus

esset pecunia dotali quingenta, ex fructibus quadruplicata perciperet, ad centum agere poterit. Hoc si ab initio de interesse convenerit solvendo, aut ex mora debitoris, sicut in quovis creditore contingit.

Vers. Quartò hinc poterit.

Marito licet de certa quantitate annua præstan- 46 da pacisci, donec dos promissa exsolvatur. Ant. Gom. in l. 10. Taur. n. 30. Molin. de primog. lib. 4. cap. 5. num. 6. Leotard. sup. q. 28. num. 41. Fachin. controv. lib. 2. cap. 32. vers. Ad quartum, Cancer. variar. part. 3. cap. 7. num. 58. Cujac. lib. 35. Paul. ad edit. in l. 12. §. 1. de pact. dotal. Villalob. Sum. part. 2. tract. 22. diff. 12. n. 4. Trullench. in De calog. lib. 7. cap. 19. dub. 14. num. 9. Less. ubi sup. num. 142. Molin. num. 17. & alii perples apud Barbos. in collect. d. cap. Salubriter. n. 3. & Hermos. in l. 10. gloss. 4. num. 150. tit. 1. p. 5. Trentacinq. var. lib. 3. resol. 6. n. 1. tit. de jur. dot.

Illud questionis est, an hujusmodi quantitas 47 licet exigi queat, quatenus excedit onera matrimonii: Affirmativam sustinent haud pauci, ut Avendañi. de censib. cap. 10. num. 9. 10. Felician. cod. tract. lib. 2. cap. 5. num. 20. Fontanel. de pact. mpt. claus. 8. gloss. 2. part. 2. n. 5. Valasc. consult. 8. num. 3. Contrarium fuit probat Leotard. d. q. 28. ex n. 62. resolvens quantitatem commenturandam esse sumptibus matrimonii, ita ut non excedat id quod verosimiliter juxta conjugum qualitatem maritus ad onera matrimonii sit expensurus. Trentacinq. ubi proxime, vers. Secunda conclusio circa.

Quam sententiam idem Leotardus n. 66. limitat si modicus reperiatur excessus. Præterea debet limitari in marito industria, ac solito negotiari, qui convenire poterit de quantitate, quæ correspontat præter onera matrimonii interesse lucri cessantis, secundum tradita sup. num. 45. Observandum est, quod si justa quantitas deducatur in pactum pro oneribus matrimonii annuatim solvenda, non tenebitur maritus ad restitutionem, etiæ minus impenderit; quia hoc lucrum provenire potest ex parsimonia, & aliis accidentibus, quibus sumptus matrimonii augeri, aut minus solent; & si forte plus aliquid ultra quantitatem convenientem expenderet, hanc jacturam sentire, quam promissor dotis resarcire minimè cogeretur: atque ita commodum cum incommmodo compensatur, ut retentio ejus, quod superest, permitatur, & liceat, ex regula legis Secundum natu- ram 10. de reg. jur.

Vers. Quintò codem jure constat.

Marito permittitur aut fructus pignoris lucrari, 49 aut de certa quantitate quotannis solvenda pacisci quandiu dos promissa non tradatur, quanquam tempus concedat ad solutionem. Barbosa d. collect. num. 11. Viv. decis. 42. 4. num. 1. ubi alii, Trullench. sup. d. cap. 19. dub. 14. num. 7. latè Cancer. d. cap. 7. a. num. 58. Pacian. disceptat. cap. 143. num. 13. Hermos. ex multis d. gloss. 4. n. 206. & ita tenendum, etiæ non pauci dissentiant, ut videre est apud Molin. d. disp. 321. num. 14. 15. Less. sup. cap. 20. num. 142. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de pignor. resol. 2. num. 13. vers. quartò, & d. resol. 6. num. vers. Hoc quæsto, ubi limitat si ex intervallo pecunia promissio fiat.

Adeo